



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Vigesimoprimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

stumqe statu, cogitans tantum quomodo subiectis suis prosit. Ibi con*sis*
tat, non permittens sese inde diuelli, etia si coelum sibi immineat, nec
hinc fugam cogiteretiam si infernus ipsum persequeretur. Hoc enim est
compendiaria via eum ad coelum ferens. O si quispiam sit se & suum statu
obseruaret, idqe vnum ageret, quā diues bonorum operū homo breui
fieret, ita occule, ita tacite, ut preter deum nemo hoc mortalium reficeret
atqe cognosceret. Sed hodie his omnibus omissis, cursirat aliis in Car
tulam, aliis huc, aliis illuc. Quasi vero bona opera & dei prcepta sint
disjecta & in angulos abstrusa, quū iamē scriptū sit, Proverbio, i. diuine
nam sapientiā precepta sua predicare foris, in plateis, in capite turbarum,
& in foribus portarum urbis. Quo significatur in omnibus locis, statu
bus, conditionibus, & temporibus affaut, abunde superqe adesse. Sed
nos excoecati non videntes ea, alibi alia querimus. Quod Christus pre
nunciavit Math. xxijj. Si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut
illuc, nolite credere. Si dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire.
Ecce in penetralibus, nolite credere. Surgent enim pseudo Christi &
pseudo prophetae.

VIGESIMOPRIMO.

¶ Rursum conuenit subiectis obedientia, ut omnem suam operam
& obseruantiam eo conuertant & omitendo, & faciendo, quod eorum
superiores exigunt, non permitentes sese inde vel pelli vel diuelli, non
repicientes quid alij fecerint. Necqe persuadeant sibi se vel bene viuere,
vel bona opera facere, siue orare id sit, siue ieiunare, siue quodcumqe ha
bere possit nomen, si se in hoc non summopere exerceant. Si vero, ut
saepe fit, aseculari siue prophana propriestate quidpiam iuberentur, quod
diuinis preceptis vel contrarium vel impeditiorum sit, ibi tum obedien
cia finitur, ibi debitum est antiquatum. Hic em oportet dici quod S.
Petrus principibus Iudeorum dixit. Oportet deo plus obedire quam
hominibus. Non dixit, non oportet hominibus obedire, id em falsum
est, sed oportet deo plus obedire quam hominibus. Ita principi apte
iniustam causam habenti, bellum gesturo, non est necqe auxiliandum,
necqe parendum. Precepit enim deus ne proximum nostrum vel occi
deremus, vel iniuria afficeremus, & iniuste offenderemus. Item, Po
testate prophana precipiente falsum testimonium ferendum, rapiendū,
mentiendum, decipiendum, & id genus alia, hic potius contemnda
sunt bona, honor, corpus & vita, ut precepit dei sit salutē & incolumē.

DE QVINTO DEI PRE CEPTO.

¶ Quatuor priora precepta habent sua opera in ratione, hoc est, quod
1 ij